





Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XIX.

Ad Libr. IX. Digest.

*Quam,*

Divina Gratia Favente,

P R Æ S I D E

WOLFGANG-ADAMO *Lauterbach* /

U. J. D. & Professore,

*Placido Eruditorum Examine,*

*Ad diem XII. Augusti,*

proponit

JOHANNES *Helm* / Hofrat.

T U B I N G Æ,


Typis JOHANN. HENRICI REISI,

ANNO M. DC. LXIV.

1664 10.

70





Conclusionum Forensium

EXERCITATIO XIX.

Ad Libr. IX. Digest.

I.

SI quis ea lege equum vendiderit & tradiderit, ut, si intra tri-  
 duum non placuerit, venditori redderetur; equus verò intra tri-  
 triduum emptori pauperiem fecerit, actio quadrupedaria eidem  
 contra venditorem, cui equus restitutus, non competit; (a) secus  
 si emptio sub conditione suspensiva fuerit facta, (b) aut damnum  
 tertio datum. (c)

Ad Tit.  
 quadrup.  
 pauper, 1.

a) l. 52. §. 3. ff. ad L. Aquil. Dn. Joh. Thom. tr. de noxia a-  
 nimal cap. 3. n. 13.

b) d. l. 52. §. 3. ad L. Aquil. Dn. Thom. d. l.

c) arg. l. 1. §. 12. ff. si quadrup. pauper.

II.

Equus venditus & nondum traditus si pauperiem fecerit, &  
 venditor eo nomine conventus eundem noxæ dederit, aut damni-  
 æstimationem equi pretium non excedentem, præstiterit, empto-  
 ris damnum erit.

per §. 3. l. de empt. vend. l. 13. §. 22. ff. de act. empt. l. pen. C.  
 eod. vid. l. 23. de V. O. l. 107. ff. de solut. Thom. d. l.

III.

De damno à cane vel fele dato datur actio si quadrupes pau-  
 periem fecisse dicatur directa.

arg. l. 1. §. 5. l. 2. §. 1. ff. si quadrup. paup. feciss. dicatur. Dn.  
 Thom. d. tr. c. 3. n. 17. & seqq. vid. tamen Frantzk. ad pr.  
 Inst. d. t. n. 13. Bachov. de action. disp. 8. th. 19.

IV.

Si Leo, Ursus, Lupus, Cervus, Vulpes vel similis fera bestia  
 in alicujus dominio existens pauperiem facit, si aliud requisitum

non deficit, datur eo nomine contra ejusdem dominum utilis actio quadrupedaria.

§. 1. *I. si quadrup. pauper. feciss. dic. l. 1. §. 10. ff. eod.* Harpr. Wesenb. Vinn. Frantzk. & alii ad d. §. 1. Hahn. ad Wesenb. π. d. t. n. 3. vid. tamen Dn. Thom. d. tr. de nox. animal. cap. 3. num. 40. & seqq.

## V.

Si fera bestia in libertate naturali damnum dedit, & postea capta fuit, contra ejus dominum actio si quadrup. non competit. arg. l. 1. §. 10. ff. si quadrup. paup.

## VI.

Si dominus signo aliquo consueto praterentes vel occurrentes monet, ut ab animalis feritate, vel protervitate sibi caveant, de damno postea ab animali illo dato non tenetur.

arg. l. 1. §. 5. l. 2. §. 1. ff. si quadrup. pauper. feciss. l. 52. §. 3. ff. ad L. Aquil. Frantzk. ad pr. *I. si quadrup. paup. feciss. dicat. n. 21.* vid. Carpz. tr. crim. part. 3. quest. 131. n. 26.

## VII.

Libero homine ab animali læso, deformitatis nulla habetur ratio; neque aliud in formosis virginibus & fœminis nondum nuptis dicendum esse existimamus. (a) Aliud obtinet in ancillis. (b)

a) l. 3. ff. si quadrup. paup. feciss. dicat. et. l. fin. ff. de his, qui dejec. junct. l. 8. de publ. in rem act. Dn. Joh. Thom. d. tr. de nox. animal. cap. 9. n. 15. Diss. Zœs. in Comm. π. ff. tit. si quadrup. paup. feciss. n. 3. Gomez. tom. 3. Resol. cap. 6. num. 12. Frantzk. in §. 1. *I. si quad. paup. n. 5.*

b) arg. d. l. 3. Gomez, d. n. 12.

## VIII.

Actio si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, per inficiationem non crescit in duplum.

l. 1. §. 15. ff. si quadrup. Dn. Thom. d. tr. cap. 12. num. 35. Diss. Dn. Hahn. d. t. pag. 445. in fin.

## IX.

In dicta actione Reo etiam hodie competit electio, an anima

nimal noxæ dedere, an vero damni æstimationem solvere velit.  
*l. 1. pr. ff. si quadrup. pr. l. d. t. junct. l. 32. in fin. ff. de appell. Dn. Hahn. addit. tit. si quadrup. n. 6. Diss. Wefenb. π. d. t. vid. art. 136. Ord. crim.*

X.

Si provocatus ad duellum provocantem, vel armis insultatus aggressorem, vulneraverit, licet moderamen inculpatae tutelæ excesserit, vulnerato tamen actio Legis Aquilæ ad expensas & interesse non competit.

Ad Leg.  
Aquil.

*arg. l. 30. §. fin. ff. ad L. Aquil. l. 1. §. 11. ff. si quadrup. pauper. fecis. dicatur. Cravett. cons. 1. l. 119. n. 11. Schrader. de feud. part. 9. cap. 4. num. 74. & seqq. Carpz. Jurisp. forens. part. 4. const. 10. def. 4. \*\* & pract. crim. part. 2. quest. 99. n. 53. & seqq. Besold. delib. jur. tit. ad L. Aquil. quest. 2. \*\*. non obst. §. 2. I. de L. Aquil. l. 5. l. 7. §. 4. l. 45. §. 4. l. 52. §. 1. ff. ad L. Aquil. c. olim. causam. X. de restit. spoliat. Diss. Christinae. lib. 3. decis. 178. n. 8. \*\*.*

XI.

Depositarius, Conductor vel Creditor, qui rem depositam, conductam, vel oppignoratam levissima culpa fecit deteriore, regulariter eo nomine nec Legis Aquilæ actione conveniri potest.

*arg. l. 32. ff. depos. l. 5. §. 2. ff. commod. l. 151. de R. l. l. 24. §. f. l. 26. pr. ff. de damno infect. junct. l. 1. l. 2. pr. ff. ad L. Aquil. Lubler. de incend. cap. 4. num. 66. Molin. de Inst. & jur. tr. 2. disp. 697. n. 8. non obst. l. 44. ff. ad L. Aquil. l. 5. §. fin. eod. & l. 45. pr. ff. locat. Diss. Zœl. in Comm. π. tit. ad L. Aquil. num. 9.*

XII.

Qui equum conductum, relictâ via militari, per angustum & arduum tramitem, quâ vulgo non solet nisi pedibus commeari, ducit, & equus inde lapsus crus frangit, utili legis Aquilæ actione tenetur; licet socius idem sine noxa facit.

*arg. l. 1. §. 4. ff. si quadrup. paup. fec. dic. Tuld. in Cod. tit. ad L. Aquil. n. 5.*

T. 3

Si

## XIII.

Si quis ædes vicini destruxerit, incendii à suis ædibus aver-  
tendi causa, & incendium ad ædes illas pervenerit, vel justus per-  
veniendi metus fuerit, Actio legis Aquiliae non locum habet. (a)  
Dominus tamen ædium destructarum æquè petit, ut collatione  
eorum, qui propter ædes destructas suas habent salvas, resarcia-  
tur damnum, quod pro illis factum. (b)

a) l. 49. ff. ad L. Aquil. l. 3. §. 7. ff. de incend. l. 7. §. 4. ff. quod vi  
& clam. Tuld. in Cod. ad L. Aquil. n. 3.

b) arg. l. 1. l. 2. ff. de Leg. Rhod. de jact. Gail. 2. obs. 22. n. 4. &  
Dd. Comm. vid. Bach. ad Treul. v. 1. disp. 18. th. 8. b. verb.  
illud autem. non obstantibus iis, quæ pro contraria sententia ad-  
ducit Tuld, d. l. & Zæf. in Comm. π. ad L. Aquil. n. 16.

## XIV.

Damnum quod dormiens dedit Lege Aquilia vindicari ne-  
quit. (a) Aliud dicendum de ebrio licet enormissime sit ebrius,  
ita ut, quid faciat, nesciat, & ex vino vacillans damnum det. (b)

a) arg. l. 1. §. furiosus. 3. ff. de A. & A. P. clem. un. de homicid.  
vid. Tiraquell. de pœn. temper. caus. 5. num. 1. & seqq. maxi-  
me num. 10.

b) arg. l. 6. §. 7. ff. de re militar. vid. Arist. 3. Eth. 2. & 7.  
Carpz. pract. crim. part. 3 q. 45. n. 39. & seqq.

## XV.

Titium saxo licet suæ defensionis gratia petens, si occur-  
rentem Cajum lædit, eidem lege Aquilia tenetur.

l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. Zæf. in Comm. π. d. t. n. 13.

## XVI.

Re empta, sed nondum tradita venditoris culpâ deteriore fa-  
cta, competit eo nomine emptori actio empti, sed non actio Le-  
gis Aquiliae, nec utilis quidem.

arg. §. 3. l. de empt. & vendit. l. 11. §. 9. ff. ad Leg. aquil. Diss.  
Ant. Faber add. §. 9. vid. Dn. Thom. tr. de nox. animal. c.  
5. n. 9. & seqq.

## XVII.

Qui agit contra vicinum actione L Aquil. ad resarciendum  
damnum



damnum datum per incendium in illius ædibus exortum, regulariter probare tenetur Rei culpam.

arg. l. 2. ff. de probat. vid. Finckelth. obs. 89. Berlich. part. 4. concl. 25. n. 83. & seqq. Diss. Carpz. pract. crim. part. 1. quest. 39. n. 58. & seqq. Vinn. 1. quest. 33.

XVIII.

Titius à Sempronio heres in testamento institutus injuriâ interficitur à Cajo, vivente adhuc Sempronio, heredes Titii ratione hereditatis Sempronii speratæ, nec nostris moribus aliquid petere possunt.

arg. l. 23. §. 2. l. 29. §. 3. ad Leg. Aquil. vid. Zoes. in Comm. d. t. n. 26. & seq. Dn. Thom. tr. de nox. animal. cap. 9. n. 21. & seqq.

XIX.

Ex edicto de dejectis & effulis tenetur habitans etiam ob factum hospitis; quod tamen secus esse putamus, si hospes aliunde veniens contra statuti prohibitionem in civitate arma gesserit, licet de eo, ab amico, quem visitavit, non admonitus fuerit, (b)

Ad Tit. III.  
De his, qui  
effuderint.

a) l. 1. §. 9. de his, qui de jecer. vel effud.

b) arg. l. 1. §. 1. ff. d. t. Diss. Schneid. ad §. 1. I. de oblig. quæ quasi ex delict.

XX.

Dominus ex delicto famuli sive ancillæ, quorum operas pro certa mercede conduxit, regulariter non tenetur, nisi illi in actibus sibi commissis peccaverint, & dominus in illis eligendis culpam admiserit.

Ad Tir. IV.  
De noxal.  
act.

l. 27. §. 9. & 11. ff. ad L. Aquil. l. 3. pr. l. 7. pr. ff. naut. caup. l. 1. §. 5. in fin. ff. de public. Carpz. part. 4. const. 17. def. 13. & 14. David. Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 8. art. 1. num. 26. & seqq. vid. Bach. de act. disp. 8. th. 8. in fin. Job. Herman. Stam. de servit. personal. lib. 2. c. 14. & seqq.

XXI.

Pater, ex delicto liberorum, quos in potestate habet, regulariter conveniri nequit; (a) nec directè, nec noxaliter; (b) nec

nec

nec in solidum, nec de peculio; neque ad legitimam pro filio delinquente solvendam; (d) adeo ut hoc ultimum nec statuto introduci posse, nonnulli existiment: (e) quamvis alii, & quidem plurimi, hujusmodi quidem statutum durum, non tamen ipso jure nullum esse, non sine ratione statuunt. (f)

a) vid. l. 22. l. 26. C. de pœn. Enenckel. de privil. parent. priv. 9. num. 2.

b) §. fin. I. de noxal. action. & ibi Dd.

c) l. 1. §. 7. ff. de his, qui effuder. vel dejecer. l. 58. ff. de reg. jur.

d) arg. l. 1. §. 21. ff. ad Leg. Falcid. l. 6. l. 8. C. l. 8. §. 8. ff. de inoffic. testam. Enenckel. d. tr. privil. 14. part. 1. cap. 10. n. 16. Bachov. de action. disp. 8. coroll. 1.

e) Daniel Moller. lib. 3. semestr. 6. Carpz. p. 3. const. 12. def. 10. in fin. vid. Bachov. dict. disp. 8. Coroll. 1.

f) vid. Bach. d. l. Enenckel. d. tr. privil. 9. num. 24.

X 2615924

7V 9A



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.



ium

x.

gest.

c,

O Lauterbach!

re,

mini,

ti,

Holsat.

REISI,

1664, 10.

70

